



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

I. 1. Antistitem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Tertia est, In adultis dormientibus & amentibus non dimitti peccatum originale sine actuali, nec vice versa.

Ultima est. Amentes & dormientes baptizatos characterem suscipere, si prius baptizari voluerunt. Singulas more nostro breuiter illustremus. Quantum igitur ad primam attinet, videlicet, pueros absque vsu rationis baptizandos esse, de fide est et eius contraria heretica, ac primum quidem paruulos non esse baptizandos Pelagiani nequiter mitebantur, sicuti scribit concilium Carthaginense epistola quadam ad Innocentium Papam primum, qua nunc refertur in primo conciliorum volumine, pag. 541. & sanctus Augustinus in libro de heresibus ad Quod uult deum, cap. 88. quorum heresim nonnulli etiam nostri seculi heretici, uelut ab inferis excitarunt. ceterum Ecclesia catholica diuinitus instituta, a Christo edocta, paruulos baptizare recte semper consuevit, & sanctus Clemens Papa, Petri successor, lib. 6. capit. 15. constituit. Aposto. paruulos baptizari iubebat, dicens: Baptizate quoque paruulos uestros, & educate eos in disciplina, & preceptis Dei. Sinite enim, inquit, paruulos, venire ad me, & nolite eos prohibere, Et in quodam concilio Africano circa tempora Bonifacii primi celebrato, uidelicet ad annos Domini, 420. cap. 77. heretici declarantur, qui paruulos negant esse baptizandos. & refertur in c. placuit, de consecra. dist. 4. Idem per omnia statuerat paulo ante concilium Mileuitanum, c. 2. tandem hoc ipsum roborauit concilium Tridentinum sessio. 5. in decreto de peccato originali, cap. 1. S. si quis paruulos, & sessio. 7. de baptismo, cano. 12. adde sanctum Thomam par. 3. q. 68. art. 9. & Thomam Waldensem tom. 3. de sacramentalibus baptis. mi. cap. 53. & 54. & Dominicum Sotum in 4. sent. dist. 5. q. 1. art. 9.

Verum quidam ex hac solutione, Hec est secunda conclusio catholica, Paruulis qui sine consensu originale peccatum contrahunt, sine proprio etiam consensu deleri in baptismo, hanc docet latissime sanctus Augustinus in libris de baptismo paruulorum: adde c. filius Dei, & c. non ex quo, de consec. dist. 5. & c. nihil, de penit. dist. 2.

Sed adhuc quaeritur, quare non saltem originale peccatum amentibus. Rationes huius asseruntur, quas hic asserit Romanus Pontifex, euidentes sunt & certissime: hic tamen illa sunt omnino notanda: Poena originalis peccati est carentia uisionis Dei: actualis uero poena peccati est gehenna perpetua cruciatus: quibus dirimi uidetur non obscure anceps illa quaestio, & olim valde agitata, an paruuli absque baptismo decedentes poena ignis cruciarentur: nam hic non cruciari apertissime ostenditur, licet sanctus Augustinus contrarium sensisse uideatur in libro de fide ad Petrum, c. 27. relat. ab Eymérico infra in hac 1. parte, quod est diligentissime animaduertendum, ne quis ex Augustini dicto in hoc loco labatur, & plano Augustinus in ea questione uariis fuit, ut alibi indicauimus.

Item quaeritur, utrum dormientibus & amentibus, Hec est postrema assertio, cuius materia late patet, nec est huius loci, uidendus est sanctus

Tb. 3. pa. 9. 80. ar. 9. & latissime Dominicus Sotus in 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 9. adde. c. egrotantes ubi Doctores, de consecra. dist. 4. & de materia huius decretalis, praeter citatos, uide Augustinum in lib. de baptismo paruulorum, c. 13. Et 30. & in Enchiridio, c. 43. c. a paruulo. c. in ecclesia, de consec. dist. 4. doctores scholasticos in 4. sent. dist. in 5. ubi late Sotus quaestione vnica concilium Lateranense sub Innocentio III. c. 1. concilium Carthaginense III. c. 34. & denique Clementem Papam lib. 6. c. 15. constitutionum Apostolicarum.

EX CODICE IVSTINIANI titu. ne sanctum Baptis. iteretur.

l. 1. Imp. VALENT. VALENS, & GRAT. A.A.A. Ad Flavianum Vicarium Africae.



ANTISTITEM, qui sanctitatem baptismatis illicita usurpatione geminauerit, sacerdotio indignum esse censemus, Eorum enim condemnamus errorem, qui Apostolorum praecipua calcantes, Christiani nominis sacramenta sortitos, alio rursus baptismate non purificant, sed incestant, lauacri nomine polluentes.

Dat. XVI. Kal. Nouem. Constantinop. Gratiano A. IIII. Merobande, Coss.

COMMENTARIVS XII.

ANTISTITEM, qui sanctitatem baptismatis illicita usurpatione geminauerit. Licet Eymericus paulo antea ex capi. de quibus de baptismo & eius effectu, docuerit baptismum non esse iterandum, quod nos plenius commentario decimo huius partis diximus: nihilominus hic idem apertius tradit, addita poena in errantes. Decuit autem de baptismo accurate differere, & de eo certa dogmata tradere: quonia baptismus omnium sacramentorum est ianna: et ideo duas hic de eo leges tractates posuit, quarum prima iterari prohibet baptismum, & utraque iterantibus poenam irrogat.

Hec autem lex, & ceterae tam ciuiles, quam canonicae, quae iterari prohibent baptismum, intelligenda sunt, quoties baptismus collatus est in forma Ecclesiastica: nullo modo est iterandus: at quoties ab hereticis in alia forma datus est, ille non dicitur iterari, cum nunquam fuerit collatus. Atque ita sunt intelligendae auctoritates omnes, quae solent adduci ad probandum baptizatos ab hereticis iterum esse baptizandos: nam loquuntur, quoties heretici in baptismo conferendo non seruauerunt formam Ecclesiae: secus si seruassent, eum ab hereticis uera sacramenta conferantur. Nec desunt rationes huic ueritati de non iterando baptismo congruentes, de quibus Theologi lib. 4. sent. & Turrecremata in c. ecclesiasticis, de consec. dist. 1. na & fides una est, & propterea baptismus quod est fidei sacramentum, unus esse debet. Rursus, quia baptismus est quaedam natiuitas et regeneratio, nec

Quo intelligantur leges prohibentes iterari baptismum.

Cur baptismus non iteretur.

C 4 homo

Pueros esse baptizandos de fide est.

Paruuli sine baptismo de cedentes qua pena peccantur.

homo his nascitur; & quia in baptismo comoritur Christo, qui semel mortuus est; & quia baptismus characterem imprimit, hoc est signum quoddam spirituale & indelebile, ut ait Concilium Trident. sess. 7. de sacramentis. cauo. 9. Tandem quoniam precipue in remedium peccati originalis institutus est: peccatum vero originale semel ablatum nunquam reuertitur. Beatus Clemens Papa lib. 6. cap. 15. consilium. Apostolicarum, de causa non iterandi baptismi, ita ait: Ut enim vnus est Deus, & vnus Christus, & Paraclitus vnus, sic vnus est Baptismus, qui in eius nomine datur.

Pena iterandi baptismi.

Sacerdotio indignum esse censemus. Hæc est pena iterantium baptismum, & concordat in canonicum in c. si. de baptis. & eius effectus, ubi addit sacerdotes rebaptizantes excommunicari, & ab officio & beneficio deponi: Si quis, inquit, Papa, tale quid presumpserit, excommunicationis mucrone percussus ab omni officio & beneficio ecclesiastico deponatur. Et olim grauissimam etiam penam rebaptizantibus imposuerunt decreta in eos quos, de consecrat. dist. 4. ubi penitentia, quam agere debent, qui hoc scelus committunt, statuitur. Sed qui rebaptizat ob solum factum hac pena puniendus est: nam si ita faciendum doceret, & in eo errore pertinax & obstinatus existeret, per omnia velut hæreticus impeniens tractandus esset, & æuria seculari relinquendus.

L. 2. Imp. HONOR. ET THEO. A. A. Anthemio P. P.



Si quis a rebaptizare quæpiam de ministris catholice facta fuerit detectus, vna cum eo, qui piacularè crimen commisit (si tamen criminis per ætatem capax sit & hic, cui per suafum sit) ultimo supplicio percussatur.

Dat XII. Kal. April. C. P. Lucio VC. Cos.

COMMENT. XIII.

Rebaptizans & rebaptizari pena.

Si quis rebaptizare.] Ultimo afficitur supplicio rebaptizans & rebaptizatus per hanc legem. Oportet tamè quod vtriusque malicia & consensus interueniat, ut aperte docet hic textus: quod si rebaptizatus est aliquis ignoranter, non puniatur, tamen ordinari non potest. c. qui bis. de consec. dist. 4. Qui bis, inquit, ignoranter baptizati sunt non indigent pro eo penitere, nisi quod secundum canones ordinari non possunt, nisi magna aliqua necessitas cogat.

Sed nunquid hodie habebit locum pena huius legis, cum rebaptizare malitiose sit in fide errare. & per consequens crimen ecclesiasticum. c. ut inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6. & certum est secundum leges ecclesiasticas esse iudicandum, ob proximam rationem, quia videlicet hoc crimen mere est ecclesiasticum: & rebaptizans & rebaptizatus ad misericordiam, si penituerint, recipiuntur & perinde cum his ac ceteris, qui in fide errant, agendum erit.

A Sed poterit ne index secularis deinceps per hanc legem imponere penam vltimi supplicij? & plane non poterit, cum sit crimen mere ecclesiasticum, de quo non iudicat laicus. d. c. ut inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6. maxime cum pena imposta à iudice ecclesiastico etiam tendat ad vindictam. l. prætor edixit. §. si dicatur. ff. de iniurijs. vbi Bar. & Doctores: secus autem esset dicendum in delictis mixti fori, ut in blasphemia: nam tunc pena iudicis ecclesiastici non impediret penam iudicis secularis. de quo articulo, qui non spectat ad hunc locum, videto plene Antonium Gomezium lib. 3. variar. resolut. cap. 1. num. 40.

b Si tamen criminis capax sit hic, cui persuasum sit.] Concordat l. 4. §. vlt. cum l. infamis. ff. ad l. Cornel. de sicar. & c. eos, quos. §. pueris autem. de conse. dist. 4. nam etati subuenitur & parcitur; nõ ergo aliter iuuenes puniendi sunt, quam si criminis quod commiserunt, capaces fuerint: quæ autem dicitur etas criminis capax, non satis constat inter Doctores ut scripsi infra par. 3. super quarto modo processum fidei terminandi. §. his ita positus. neque plane potest id per legem definiti, cum non omnes ex equo eodè tempore sint doli capaces, cum alijs iudicio presteret, & ideo non male dixeris hoc iudicium arbitrio esse relinquendum, ut scripsit Dec. in l. pupillu. ff. de reg. iu. n. 2. & Io. Anania, in c. 1. de delictis puer. Preterea etiam si pueri doli seu criminis capaces sint, ad huc mitius puniri debent; primum, quoniam adolescentia est veluti suapte natura ad vitia labilis & improbitati. Rursus quia huic etati nondum est plenum rationis iudicium atque consilium, ut testatur Arist. lib. 1. Poli. c. vlt. & Cic. lib. 1. Offic. & Turisconsultus in l. 1. ff. de mino. ubi asserit fragile esse & infirmum huiusmodi etatis consilium, & propterea minoribus xxv. annis auxilium prætor eo edicto pollicetur, tandem ideo etati parcitur, quia spes est iuuenes emendatioris futuros, vitiaque vna cum adolescentia deposituros.

C terea etiam si pueri doli seu criminis capaces sint, ad huc mitius puniri debent; primum, quoniam adolescentia est veluti suapte natura ad vitia labilis & improbitati. Rursus quia huic etati nondum est plenum rationis iudicium atque consilium, ut testatur Arist. lib. 1. Poli. c. vlt. & Cic. lib. 1. Offic. & Turisconsultus in l. 1. ff. de mino. ubi asserit fragile esse & infirmum huiusmodi etatis consilium, & propterea minoribus xxv. annis auxilium prætor eo edicto pollicetur, tandem ideo etati parcitur, quia spes est iuuenes emendatioris futuros, vitiaque vna cum adolescentia deposituros.

D Tametsi vero etati parcendum sit, non propterea omnino est impunitum relinquendum quod adolescentis commiserit, quando crimè in ea etate commissum est, in qua potest cadere l. impunitas. C. de penis, c. si quis cuiuslibet. in fine. & ibi glossa 2 l. 1. q. 5. Qui autem omnino doli capax non est, is nullo modo puniatur. l. illud relatum. ff. de iureiur. cap. illud. l. 5. q. 1. tradit Antonius in 2. par. 3. par. principalis. tit. 30. cap. 1.

E In hoc vero hæresis crimine hæc etiam locum habent; primum, quia cum in alijs tribunalibus, ubi non est tante misericordie locus, etati parcat, aut aliquid condonetur, multo magis id obseruari debet in iudicio misericordie & benignitatis. Ad hæc quoniam difficilior potest credi iuuenes in hoc crimine hæresis, & malitia, & animi improbitate peccare, quàm in alijs veluti homicidijs, adulterijs, furtis, rapinis, & similibus, quia crimen hæresis cum sit spirituale, & mente & intellectu concipitur & perficitur, non ita facile credendum est ab adolescentibus, parrari, qui nondum habent perfectum intellectus rationationem, nec ita coperta habet Christiane fidei dogmata: & tunc maxime

An punit in foro canonico puniti in foro ciuili.

Doli capax quis dicatur arbitrio iudicis relinquitur.

Cut ad scences punitur debeatur.

Iuuenes in tribunalibus quibus iniquitas puniuntur.

1. Co.

Luc. Matt.